



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

40. An etiam sponsalia, seu matrimonium contractum per verba de futuro inducant hanc vacationem ipso jure, vel saltem per sententiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

*Questio 40. An ergo etiam sponsalia seu matrimonium contractum per verba de futuro inducant hanc vacationem ipso jure, vel saltem per sententiam?*

**R**espondeo ad primum negativè. Lott. loc. cit. n. 73. Sanch. loc. cit. nu. 1. Garc. loc. cit. nu. 19. Castrop. loc. cit. nu. 3. citans Less. ubi supra à nu. 114. Barb. loc. cit. n. 17. citans in super plures alios: sponsalia enim per verba de futuro non sunt matrimonium, sed via ad illud, ac proinde non constituunt statum incompatibilem cum beneficio. Castrop. loc. cit.

2. Respondeo ad secundum: Neque contraheuti sponsalia imminet pœna amissionis beneficii per sententiam. Lott. n. 74. quamvis Less. de justitia. l. 2. c. 34. n. 114. talem mereri privationem dicat, tum quòd non possit retinere beneficium, si velit promissioni sponsalium satisfacere; tum quia decorat statum Ecclesiasticum, contrahendo sponsalia retento beneficio; quam tamen doctrinam Lessii non placere sibi, dicit Garc. n. 19.

*Questio 41. Num beneficium ob initum matrimonium amissum adhuc vacans recuperet, dum uxor necdum consummato matrimonio ingreditur religionem, aut morte naturali decedit?*

**R**espondeo negativè. Lott. cit. q. 26. n. 72. Castrop. loc. cit. n. 6. Sanch. cit. d. 42. n. 6. Garc. loc. cit. n. 3. Barb. loc. cit. n. 11. citans Squillant. Sayr. &c. à qua sententia communi Doctorum, quæ in hujusmodi vim magnam obtinet, etsi dicat Less. loc. cit. n. 113. se non facile recedere, inclinatur tamen non parum in contrarium, nimirum quòd talis in conscientia non reneatur jam dimittere beneficium (supponitur quòd manserit in eius detentione) nisi per judicem priveretur. verum responsio nostra sequitur ex dictis; jus enim in beneficio extinguitur per matrimonium, etiam non consummatum. Barb. loc. cit. n. 20. Lott. loc. cit. Castrop. n. 3. jus autem beneficiorum semel extinctum non reviviscit sine nova collatione. Castrop. cit. n. 6.

*Questio 42. An Episcopus dispensare possit, ut beneficiatus beneficium simplex retineat post matrimonium contractum, saltem cum virgine?*

**R**espondeo negativè. Azor. p. 2. l. 7. c. 16. nu. 7. dicens sic receptum communi omnium consensu, citans Host. Abb. Card. in c. Ioannes. & c. 1. de cleric. conjug. Castrop. loc. cit. n. 7. ed quòd Clericus, dum transit ad statum conjugalem (ut unquam sub aliquibus circumstantiis retineat privilegium fori & Canonis. Lott. loc. cit. n. 61.) jure communi efficiatur laicus, in quo ut habeat beneficium, alius à pontifice dispensare nequit. Castrop. loc. cit.

*Questio 43. An, & qualiter vacet beneficium ob matrimonium invalide, seu nulliter contractum?*

**R**espondent primò universaliter, probabilius videri beneficium non vacare ipso jure ob contractum nulliter matrimonium, quæcunq; demum sit causa hujus nullitatis Less. de just. l. 2. c. 34. n. 113. Castrop. loc. cit. n. 9. Sanch. l. 7. de matrim. d. 43. n. 3. contra Decium. cons. 166. n. 1. vol. 1. Imol. in Clem. gratia. n. 25. de rescrip. Diaz. &

alios, censentes, privatum esse ipso jure, qui ignorantè bonâ fide nulliter contrahit matrimonium, non verò eum, qui scienter contrahit, ed quòd sciens matrimonium nullum, non possit ceteri velle contrahere, sed illudere, adeoque nec velle renuntiare beneficio. Item contra Garc. loc. cit. n. 8. censentem contrarium, nempe non ignorantè, sed scienter contrahentem nulliter, esse ipso jure privatum, ed quòd is gravissimè delinquat, attentando malitiosè statum incompatibilem cum beneficio assumere, ob quòd delictum beneficio privatus sit ipso jure. argumento cap. eum qui. de preb. in 6. ignorantè verò contrahens non faciat actum beneficio contrarium, nec delinquat, nec dici possit facto suo renuntiare beneficio. Rationem responsionis hanc dat Castrop. cit. nu. 9. quòd textus hanc privationem inducentes loquantur solum de matrimonio legitimo, ut patet ex tit. de Clericis conjugat. & ratione, quam dant hi textus; nimirum divinis obsequiis vacare non posse, qui uxori & voluptatibus carnis addictus est; hæc enim ratio locum habere nequit in contrahente nulliter, quippe qui per tale matrimonium non addicitur uxori: sic quoque nullibi in jure delictum illud matrimonium nulliter attentati hæc pœnâ privationis ipso jure affectum est. Et dum ignorantè quis processit, valet ratio à Garc. adducta, nempe quòd neque delictum admittit, neque statum incompatibilem assumpsit, etsi assumere attentavit; nec censetur renunciasse quis beneficio, nisi casu, quo verò matrimonium contraxerit; hæc enim conditio involvitur. Castrop. n. 10. & huc ferè recidit ratio altera, quam adjicit Castrop. cit. n. 9. hinc jam

2. Respondent iidem Castrop. & Sanch. in particulari primò: quòd beneficiatus in solis minoribus constitutus, contrahens matrimonium cum consanguinea vel affine in gradu prohibito (idem est de alio simili impedimento dirimente) non est ipso jure privatus beneficiis obtentis, sive ignorantè sive scienter processerit. Castrop. nu. 11. citans Sanch. ubi ante n. 5. Idem dicunt de constituto in ordinibus sacris. Castrop. n. 14. item de contrahente nulliter ob defectum formæ requisitæ; quia nempe contrahit sine parochio legitimo vel testibus. Castrop. n. 13. vel ex defectu consensûs proprii vel alterius partis. Castrop. n. 12. vel ob defectum ætatis Castrop. n. 16.

3. Verùm ab hac doctrinâ Thomæ Sanch: quòd matrimonio existente nullo etiam ex alio defectu, quam ex defectu consensûs, ætatis, libertatis non inducatur vacatio beneficii ipso jure, sed tantum privatio per sententiam ob delictum; dum nimirum quis scienter contrahit nulliter; ab hac inquam, sententiâ cavendum esse ait Lott. l. 3. q. 26. n. 76. & n. 79. dicit hanc assertionem esse erroneam, ut advertunt Covar. de matrim. p. 2. c. 6. §. 3. n. 4. ad fin. Cavallos in suis communibus. tom. 1. q. 147. nu. 4. & 5. & Rotam sequi doctrinam contrariam. decis. 8. p. 3. recent. eandem doctrinam sequuntur Gonz. gl. 15. n. 44. & gl. 57. n. 44. & 45. ubi: quòd quando lex ipsa vel dispositio potius consideravit ipsum factum, quam effectum, pœna incurritur ex solo facto; quamvis illud jure non subsistat. ut Bartol. in l. quid ergo. n. 1. ff. de his qui notantur infam. Et hinc Clericus contrahens nulliter perdit ipso jure beneficium. Item Fond. in qq. benef. p. 2. c. 5. n. 18. dicens in ordine ad incurrendam hanc pœnam privationis ipso jure non inspiciendam facti validitatem, sed factum ipsum, dissolviturque Lott. funda-